

ad 3. principale regulam hanc generalem assignat, quod quocumque signum natura sua non est expressivum per se peccati confessi, sed de se indifferens ad significandum peccatum confessum, aut non confessum, etiam si aliquibus ex aliquo supposito sit magis determinatum ad significandum peccatum confessum, non est signum per se revelativum Confessionis, nec explicitum, nec implicitum, nam facta possunt esse signa equivoca, quia diversimode a diversis concipi possunt, ad hoc, vel illud significandum, & potest ex tali equivocatione contingere temerarium iudicium, & falsa praesumptio, atque idem ait Doctor, quod tale signum non debet reputari revelativum Confessionis, nisi per se, & ex natura rei prodeat peccatum confessum, alias enim talis peccati proditio esset omnino per accidens.

258 Tertio hinc postea deducit Doctor, quod Confessarius ad vitanda pericula sibi, vel aliis imminencia, post auditam Confessionem potest uti quocumque facto, dicto, vel signo, dummodo non sit determinate ex natura sua manifestativum peccati confessi, sed sit signum aequivocum, & indifferens a pluribus motivis procedere potens; nam revelatio Confessionis est illa manifestatio, qua venit in notitiam determinatam personae, sive facti, sive dicti, quare cum per signum indifferens in talem cognitionem non deveniat, positio talis signi indifferens revelatio Confessionis censeri non debet, sed alia humana actio. Si ergo Confessarius non habet signa indifferencia ad vitandum periculum, vel damnum aliquod sui, vel proximi, sed illam solum, quae determinate, & univoce ducunt in cognitionem peccati, & contentis, non potest his uti, sed tantum signis indifferens, sive aequivocis, quae de se, & ex natura sua personam peccatoris confessi non manifestat, v. g. si Confessor sciret Petrum esse occidendum, si die tali, & in talem locum se conferat, & ipse curet, ut talis occidendus in aliquo servitio occupetur tunc domi, vel in alium pergat locum, plane omnes istae diversiones sunt facta, quae non significant Confessorem scire occidendum esse, alioquin is in esse positus quilibet eo ipso id ipsum sciret, hoc enim est de ratione signi determinati in significando, quod idem ostendat apud omnes. Neque uti scientia habita in Confessione hoc modo, & per talia signa indifferencia ad vitandum grave damnus proprium, vel alienum, reddere hoc Sacramentum hominibus exosum, vel onerosum, ut quae nimis; neque hoc, quod homines antecederent scientiam, quod Confessarius potest hoc modo uti scientia in Confessione habita, debet illis Confessionem reddere odiosam, & onerosam, quia id nullum damnus illis potest afferre: cum supponatur ulum talis notitia sic exerceri, ut nullum sit periculum revelationis personae contentis, & peccatorum eius. Tum quia non quodcumque quod Confessionem reddidit difficilem est illicitum, alioquin casuum quoque reservatio illicita foret, nam certum est hanc subditis esse valde difficilem; ergo etiam si hoc licentia utendi scientia Confessionis hoc modo eam redderet difficilem, non inde sequeretur esse illicitam.

259 Quarto nec etiam obstat decretum Clem. VIII. superius relatum, quia in primis Pontifex illud statuit pro Regularibus tantum, multa autem Regularibus prohiberi solent, quae licentia aliis; tum quia Pontifex intelligendus est de usu scientiae, ex quo directe, vel indirecte revelaretur peccatum, vel redderetur Confessio difficilior, aut quia cederet in poenitentis detrimentum, ut explicat Poncius, Brancatus, & alii Scotistae; alioquin inter Regulares hoc sequeretur absurdum, quod subditis data opera posset Superiori suas nequicias, & inhabilitates consistere ad illum impediendum, ne illa scientia utatur ad impedienda illa officia, & dignitates; unde valde probabilis est doctrina Scoti loc. cit. in solutione ad penultimum, quam plures alii postea sunt amplexi, posse Praelatum ex sola notitia in Confessione habita non admittere, vel amovere subditum ab eo officio, vel ministerio, ad quod admitti, vel amoveri a sola Superioris voluntate pendet, quia tunc nullum est periculum revelandi Confessionem, cum soleant alii ab illo amoveri, vel non admitti non possent amen amovere, vel non admittere subditum ab officio, vel exercitium, ad quod admitti, vel amoveri ex sola Superioris voluntate non dependet, ex notitia tantum habita in Confessione. Haec, inquam, doctrina, & regula factis est probabilis, quia ex usu talis notitiae nullum sequitur periculum revelandi peccatum confessum. Et ex alia parte licentia praesertim quando illa in bonum poenitentis vergunt, ut in proposito est amoto personae a loco, vel officio, in quo poenitens de facto periclitatur, & occasionem habet peccandi. Haec etiam eadem ratione plures asserunt Confessarium posse negare suscipium illi, quem ex Confessione novit esse indignum, dummodo ita caute denegat, ut poenitens de hoc facto nullam possit habere suspitionem. Ita Villalobos in Summa tom. 1. tract. 9.

difficult. 75. cum aliis, quam tamen doctrinam non puto tam probabilem, sicut precedentem, nam etiam si ignoretur hic, & nunc Confessarium uti scientia per Confessionem habita ad negandum poenitentem suscipium ad aliquod officium consequendum; ipsa tamen persuasio, quod possint Confessarii ex notitia peccatorum in Confessione habita privare, vel impedire poenitentes ab honoribus, & dignitatibus consequendis, a Sacramentali Confessione animos poenitentium multum retraheret, & in hoc casu concedendum esse videtur, quod prima sententia obiciebat in suo fundamento superius relato, quia vera talis doctrina Confessionem Sacramentalem nimis onerosam redderet, & difficilem, si poenitens ex illa tunc posse amoveri ab officio, & sibi negari suscipium, & alia sibi incommoda ob notitiam peccatorum in Confessione habitam; ut prima sententia arguebat.

260 Quinto ex dictis plures decidi possunt casus, qui in hac materia proponi solent; & in primis Confessarium, qui novit in Confessione indidias sibi ab aliquo parari, posse domi se continere ex tali notitia, ne occidatur, sicut etiam ab eo loco, in quo per Confessionem novit sibi necesse parari, potest recedere, & fugere, occasione aliunde suscepta, ut docet Doctor loc. cit. in solutione ad 3. & eadem ratione Sacerdotem, qui per Confessionem novit vinum ad Millam paratum esse veneno infectum, posse Millam praetermittere, occasione tamen aliunde desumpta; utitur enim Sacerdos in his casibus iure suo, nec inde sequitur ulla Confessionis revelatio directa, vel indirecta, nec pudor aut confusio poenitentis, quia Confessionem odiosam reddere possunt. Item deciditur alius casus, an scilicet, ex notitia in Confessione habita teneatur, vel possit Confessarius videri excommunicatum, inquit enim Doctor in solutione ad ultimum, quod si Confessor sciens aliquem esse excommunicatum habeat aliam viam cum vitandi absque eo; quod utatur via in Confessione habita, debet cum vitare; si vero non habeat, sed ex ea vitatione manifestetur Confessio, non solum non tenetur vitare, sed neque est illicitum vitare, & dat universalem regulam, quod quando duo peccata urgent, quae contraria videntur, illud, quod est superius magis obligat, & idem firmius est servandum, nec servans illud, & praetermittens aliud, peccat, quia nullus ex lege divina, & Ecclesiastica est perplexus. Deinde solvitur etiam alter casus, si nimirum Confessarius ex Confessione novit aliquem non esse Sacerdotem, & post in posterum abstinere a Confessione illi facienda, cui antea confectus consueverat; in hoc enim casu nullus pudor, nulla confusio, nec ullum damnus sequitur poenitenti, nec ob id poenitens a Confessione retrahetur, sed hoc potius Confessario laudi, & prudentiae ascribetur, ut notat Bonacina cum aliis ab ipso citatis disp. 5. qu. 6. sect. 5. punct. 4. Rursus Confessarium non posse suum errorem committum in audienda poenitentis Confessione manifestare, quoties ex illius erroris manifestatione imminet periculum, ut proprius Confessarius veniat in cognitionem peccati poenitentis, non enim potest quis ad explicandum proprium peccatum in Confessione revelare peccatum alterius in Confessione auditum, quia praecipuum sigilli est arcium, quam praecipuum de integritate Confessionis, ut docet Doctor loc. cit. in solutione ad 4.

261 Sexto ulterius solvitur alter casus, Confessarium non posse Eucharistiam denegare ob peccatum, in Confessione auditum, sicut nec Episcopus potest Clericum in Confessione auditum ab Ordinibus suscipiendis repellere, quia inde sequeretur pudor, & confusio poenitentis, & haec est indirecta quaedam peccati revelatio, per quam Confessio odiosa redderetur, & eadem ratione Parochum non posse a Matrimonio repellere poenitentem ob solum peccatum, vel impedimentum in Confessione cognitum, quamvis enim tenetur illum in Confessione admonere, ut a tali Matrimonio desistat, tamen extra Confessionem non tenetur illum repellere, nec admonere sine eius licentia, quod etiam Bonacina novit loc. cit. cum Sayro, Sanchez, Coninch. & aliis in tractatu de Matrimonio. Ad id praeterea Doctor loco citato in solutione ad 2. principale Confessarium non posse uti scientia, & notitia in Confessione habita cum periculo revelationis alicuius poenitentis directa, vel indirecta tuendum bonum temperatum, non solum alicuius particularis hominis, veram etiam totius mundi, aut etiam tuendum commune bonum spirituale Ecclesiae. Et ratio est, quia iniuria fieret Sacramento, Confessio redderetur odiosa, & fideles ab hoc Sacramento retraherentur, si unquam sigillum Confessionis violare liceret. Tum quia nullum est tam grave malum, quod fractioni sigilli Confessionis praepnderet, quae ex Dei praecipuo ad reconciliationem hominis cum ipso necessaria est. Ex quo patet Confessarium, qui ex Confessione novit proditionem imminere civitati, vel periculum Haereticis ob nonnullos latentes Haereticos, non posse proditionem Civitatis futuram, vel periculum

Jam

lum haereticis manifestare, quoties periculum est ut auctor derogatur; sed in his casibus Confessarius potest, ac debet obligare poenitentem, ut apud Iudicem competentem denunciaret complicem Haereticum, aut aliam perniciem machinantes in damnus Republicae. Ita Suarez, Aversa, Henriquez, Reginaldus, Bonacina, & alii Scholastici, & Summistae passim, unde concludit Doctor loc. cit. reprobandum esse carmen illud Iuristarum Haereticis esse crimen, quod nec confessio celae ut falsam continens doctrinam.

262 Sed contra doctrinam ex Scoto allatam, quod Confessarius ad vitanda pericula sibi imminencia, & indidias sibi certo loco paratas post auditam Confessionem a complici, possit illas declinare, & alio diversere modo prudenti, & indifferenti, quo non manifestatur intentio, & hoc facere posse sine revelatione Confessionis etiam indirecta, quia talis modus est aequivocus, & indifferens, & non determinatus ex natura sua ad manifestandum peccatum in confessione auditum. Contra hanc doctrinam, inquam, quidam arguunt, quia ex ea sequeretur nullam dari posse indirectam revelationem Confessionis ex facto, si in praesentia non habetur, quia hoc non abstractum sumptum, & absolute est signum revelationis, sed hic, & nunc, quatenus digressio Sacerdotis est conjuncta scientiae habita in Confessione; ergo in tali casu, & in his circumstantiis sit revelatio Confessionis saltem indirecte, & cum huiusmodi revelatio quasi semper sit supposita aliqua notitia, & certis conditionibus hic, & nunc, quibus existentibus signum illud est manifestativum Confessionis saltem indirecte. Ad huius objectionis solutionem plura dicunt Faber, & Aretinus loc. cit. sed brevius, & clarius dicendum est cum Higo in praesenti, quod quando factum est tale ex circumstantiis ut signum sit univoce, tunc utique causare confessionis revelationem saltem indirecte; in casu autem proposito non est tale, quia nullum circumstantiarum per factum Sacerdotis adiunctum declarat eius intentionem ex scientia in confessione habita conceptam esse, modo non adhibeat alia signa, & circumstantias, ex quibus exterius proderet intentio fugae, aut declinationis indidias; nam si complex criminis intenti, & homicidii pergit simul cum latronibus, quamvis sciant esse confessum, neque aliud in facto monstrat, possunt prudenter praesumere non fuisse confessum tale peccatum, sed potius ad illusionem, ac ad eum decipiendum confessionem simulasse; non enim magis fundatur suspicio ex facto Sacerdotis concepta, quam praesumptio fundata in facto latronis, qui in exteriori se simulat (solum paratum criminis. Ex quo patet ad objectionem negandum esse consequentiam, quia illa scientia merè per accidens se habet ad iudicium, quod formant latrones. Diceo, ergo talem licet posset Sacerdos locum insidiarum declinare, & alio diversere, etiam si factum confessionem complice in latronibus interficiendum esse ob revelationem insidiarum illi factam in Confessione; hoc autem magnum videtur absurdum, quia multum derogaret videtur huic Sacramento, quod aliquis ratione illius posset tam grave nocuumentum pati. Respondetur Sacerdotem posse in tali casu adhuc licet id facere, nam si sequatur mors complicis confessi, non esset in causa factum Sacerdotis, quia ad illud iudicium manifestè non inducit, nec univoce, unde Sacerdos non esset proprie, & per se causa occisionis sui poenitentis, quae remaneret sit a latronibus ex facto Sacerdotis, quod interpretari potest ex alia intentione, quam ipse exterius praetendit. Ita ad verbum de hac materia discussimus loc. cit. quae pro Confessarium eruditione omnino necessaria est, ut prudenter se gerant in sigillo Confessionis servando.

QUAESTIO UNDECIMA.

De satisfactioe Sacramentali.

263 Satisfactio dupliciter sumi potest, ut diximus 4. disp. 5. qu. 21. ab initio ex Scoto 4. disp. 15. qu. 1. generaliter scilicet, & specialiter; satisfactio generaliter accepta importat actionem, qua quis facit quantum debet, qualis est actio solvendi respectu debitoris solvens debitu creditori, ac etiam compensandi injuriam allatam, qualis est actio illa, qualis, qui alterum laesit, tantum facit, quantum satis est ad injuriam compensandam, vel quantumvis, qui laesus est, iuste exigit. Satisfactio autem specialiter accepta est actio satisfactiva corporis, vel animae, per quam Deo voluntarie satisfaciunt pro peccatis temporalibus, ex peccatis relicti, & per poenitentiam ad Deo copulationem. Quamvis autem nullus homo, ut dictum est lib. 2. sent. disp. 7. de Justificatione, possit Deo pro peccatis satisfacere, nisi ex parte ipsius Dei condonatio aliqua

gratuita intervenciat: supposito tamen gratiae dono nobis per Christi merita collato, certum est ab homine satisfactionem aliquam Deo exhiberi posse, ejusque opera quaedam esse satis factoria in virtute passionis Christi, quem ex Apoll. ad Rom. 3. professus propitiorem per haem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae; unde nullum meritum, nulla satisfactio, nec satisfactio nostra potest Deo esse accepta, & peccato aequivalens vel simpliciter, vel ex acceptatione divina, nisi sit conjuncta cum meritis, & passione Christi. Est autem haec satisfactio iterum duplex, alia siquidem extra Sacramentum fit, & alia poenitentiae Sacramento conjungitur, estque illius pars, ut supra dictum est, & magis patebit ex dicendis, quae quidem quantum non tantum ex opere operantis suum sortitur effectum, sed etiam ex opere operato, idè perfectior est, & majorem vim habet. In hac igitur quaestione sermo est de satisfactione sic specialiter sumpta, ut scilicet, importat compensationem poenitentiae temporalis debite ob injuriam Deo illatam, quae consistit in operibus penitentibus, & laboriosis a Confessario taxatis, quod consilio additur, quia nulla actio, vel passio laboriosa hominis poenitentis dici potest pars huius Sacramenti, nisi a Sacerdote absolute imponatur, ut colligitur ex cap. An infirmis, Rec. Tempora d. 26. qu. 7. & ex Trid. sess. 14. can. 15. ubi ait, quod actus ligandi, quem potestas clavium includit, in hoc consistit, ut poenitenti imponatur poenitentia aliqua, ad quam veluti ligatur a Sacerdote, arque ideo ut actio satisfactoria sit pars huius Sacramenti, debet a Sacerdote imponi, ut Ministro Christi, & prout sic imponitur dicitur materia partialis huius Sacramenti. Haec igitur tertia pars Sacramenti poenitentiae declaranda est in praesenti ex dictis loc. cit.

ARTICULUS PRIMUS.

Qualis pars huius Sacramenti sit satisfactio, & quem concernat effectum.

264 Primo conveniunt omnes, ut diximus q. 21. cit. art. 1. satisfactionem a Sacerdote impositam virtutem clavium esse aliquo modo partem huius Sacramenti, ita enim definitum est in Concil. Florent. in decreto de Sacramentis, & in Trid. sess. 14. c. 5. & can. 4. sed difficultas est, an sit pars essentialis, vel solum integralis; & communis opinio affirmat non esse partem essentialem, sed tantum integram; fundamentum est, quia satisfactio non ordinatur ad primarium huius Sacramenti effectum, qui est gratiae infusio, & culpa remissio; sed solum ad secundarium, qui est remissio poenitentiae temporalis relictae ex peccato iam quoad culpam, & poenam aeternam remissio. Tum quia Sacramentum hoc vere conficitur, & confert gratiam ante satisfactionem expletam, nulla autem res absolute potest esse sine parte essentiali, & hoc praerertim patet de Sacramento collato moribundis, cui ob importanciam nulla imponitur pro peccatis satisfactio; sed huius difficultatis resolutio pendet ex superius dictis q. 21. art. 1. num. 103. quod scilicet, satisfactio imposita a Sacerdote in no sensu dici potest pars essentialis huius Sacramenti, in alio vero pars integralis tantum; in hoc nimirum sensu, ut satisfactio in voto, hoc est, propositum saltem implicitum satisfaciendi sit pars essentialis Sacramenti, ut docet Doctor 4. dist. 16. quaest. 1. E. qui enim contrarius, vel attritus confitetur, habet etiam votum, & propositum satisfaciendi, id est, solvendi poenam post absolutionem remanentem, nam si peccator tale propositum saltem implicitum non haberet, sed potius voluntatem contrariam, vel saltem negativam, Sacramentum non conficeretur, atque ideo in hoc sensu pars eius essentialis censeri debet: satisfactio vero in re exhibitum non est pars essentialis, sed integralis tantum; & hoc est, quod probat ratio sententiae communis adducta; quia enim perfecta est Sacramenti essentia ante executionem satisfactionis injunctae, ac etiam collata justificationis gratia, idè satisfactio respectu exhibitae pars essentialis Sacramenti censeri non debet, sed tantum integralis; Deet enim ad primum, & praecipuum eius effectum nempe remissionem culpa non sit necessaria, adhuc tamen conducit ad secundarium effectum, scilicet, ad remissionem poenitentiae temporalis, & idè satisfactio sic sumpta dicitur tantum pars integralis, non essentialis, quia sine ipsa subsisteret utique essentialiter Sacramentum, sed veluti membrum, ut corpus humanum sine brachio, vel pede, nam satisfactio respectu exhibitae est quasi complementum gratiae, & integritas remissionis culpa, quatenus per eam collitur reatus ad poenam, & ob hanc causam ad integritatem Sacramenti pertinere dicitur, ut loc. cit. explicatum est, & ad plenam, & perfectam peccatorum remissionem.

265 Secundo conveniunt omnes, paucis quibusdam exceptis satisfactionem a Confessario iniunctam ad partem Sacramenti, aliquem effectum conferre ex opere operato, & huiusmodi esse.





effectum esse remissionem poenae temporalis post abolutionem a culpa, quia satisfactio est pars Sacramenti poenitentiae a Christo Domino instituta, ac proinde necessarium aliquid satisfactionem habere debet Sacramentalem, ut vere pars Sacramenti dici possit. Sed difficultas est, an satisfactio Sacramentalis ultra praedictum effectum etiam ex opere operato gratiam causet, aut augmentum gratiae sanctificantis, & communior opinio negat. Ratio est, quia satisfactio Sacramentalis non significat remissionem culpae, nec ad eam significandam a Christo est instituta, immo supponit culpam remissam per gratiam sanctificantem, quae non remittit poenam temporalem, ut constat, sed tantum instituta est satisfactio Sacramentalis ad remissionem poenae; non est ergo unde colligamus, quod ex opere operato concurrat ad collationem gratiae sanctificantis vel ad eius augmentum. Ita Vasquez, Lugus, Henriquez, Amicus, Coninch, Caspensis, & alii Neoterici, & Faber ex nostris disp. 35. cap. 11. Dicendum tamen est non tantum poenae temporalis remissionem esse satisfactionis Sacramentalis effectum, sed etiam suo modo culpae, & poenae aeternae per collationem gratiae. Ratio est, quia ut bene Branæus advertit disp. 22. ar. 2. & 9. non sufficienter salvatur, quod satisfactio sit pars huius Sacramenti per hoc praecise, quod delet poenam temporalem; sed ut talis dicatur, debet quoque suo modo cum aliis comparibus delere remissionem culpae, & poenae aeternae per collationem gratiae; hie enim est primarius, & principalis huius Sacramenti effectus, de ratione namque Sacramenti est esse signum efficacis gratiae, ergo ut vere, & proprie aliqua dicatur pars alicuius Sacramenti, debet aliquo modo concurrere ad collationem gratiae, nec sufficit ut ad alium concurrat consequentem effectum, ut in proposito est poenae temporalis remissio.

266 Concludendum igitur est satisfactionem a sacerdote institutam, & a poenitente exequendam dici partem huius Sacramenti, & ad utrumque eius effectum concurrere, tam, scilicet, primarium, qui est remissio culpae, & poenae aeternae, tam secundarium, & minus principale, qui est remissio poenae temporalis, cum hoc discrimine tamen, quod ut ad primarium concurrat, debet esse voluta, & saltem in voto haberi, ut vero concurrat ad secundarium, scilicet, poenae temporalis remissionem, debet esse in re exhibita, & executioni mandata, quod si in re poenitens ex accidenti aliquo, non obinde cessaret causare effectum primarium, & adhuc dici partem Sacramenti, quod iam fuit, quod in opposita sententia salvari non potest, quia in tali casu nullo modo esset pars Sacramenti nec essentialis, nec integralis. Et ex hoc patet, quid sit dicendum ad rationem adductam per contrariam sententiam, fallum enim est satisfactionem esse partem Sacramenti, quod causet unum effectum huius Sacramenti secundarium, & minus principale, scilicet, poenae temporalis remissionem; hoc enim est, quod dicitur rationes nostrae impugnant, & evidenter convincit auctoritas Conc. Trid. sess. 14. c. 3. ubi expressè, & sonantibus verbis dicit: *Omnes tres illius concurrere ad plenam, & perfectam peccatorum remissionem, ergo sicut ubi duo actus contritio, scilicet, & confessio ad remissionem culpae concurrunt, ita & satisfactio, & planè praefatum Tridentini testimonium dissimulari non potest, quia ibi ex instituto partes hoc Sacramentum constituentes enumerat, & postea causalitatem, & efficaciam huius Sacramenti assignans dicit esse peccatorum remissionem, & peccatoris reconciliationem cum Deo, & hanc sententiam sequitur Suarez disp. 38. sect. 5.*

267 Tertio de hoc effectu proprio satisfactionis, qui est poenam temporalem remittere, est adhuc gravis difficultas, an satisfactio a Confessario imposita sit sufficiens ad remittendam omnem poenam temporalem peccatis debitam itaut satisfactio peccata nihil amplius remaneat poenitentium luendum in Purgatorio, & dubium est, quando Confessarius imponit poenitentiam, quam ipse ardentia peccati gravitate prudenter arbitrat esse iustam, & gravitatis peccati proportionatam, nam quando iusta de causa imponit multo minorem v. g. propter infirmitatem, vel impotentiam poenitentis omnes ferè admittunt per eam non tolli reatum totius poenae temporalis debite. Asserunt Major, Soto, Medina, Hurtado, & alii, quia ex una parte poenitentia Sacramentalis est a Christo instituta, ut ex opere operato compleat remissionem peccatorum remittendo totam poenam remanentem, & ex altera parte taxatio poenitentiae, qua haec remissio complenda est, commissa est iudicio prudentis Confessarii, tanquam Iudici. Sacramentum enim hoc ad instar iudicii est institutum, proinde poenitentia, qua ab eo prudenter iudicatur sufficiens ad satisfactionem peccatorum, attenda eorum gravitate, sufficiens etiam erit ad relaxandam, & extinguendam totam poenam remanentem, & eo praesertim, quia hoc Sacramentum non est tribunal irae, sed misericordiae, & idem tenet Faber ex nostris loc. cit. Opposita tamen sententia communior est, & probabilior, ut diximus loco citato quam sequuntur Suarez,

Vasquez, Lugus, Bonacina, Aversa, Meratius, Valentia, Noguera, Reginaldus, Caspensis, & ex nostris Aretinus, & alii passim. Ratio est, quia ut Confessarius poenitentiam peccatis debitam, ac proportionatam imponat ad aequalitatem, cognoscere debet quantum poena pro peccatis luenda in Purgatorio debeatur; ac nullus Confessarius quantumvis prudens, & doctus id certo scire potest absque speciali revelatione, qua nimirum mensura puniatur peccata in Purgatorio, & quanta poena cuiuscumque peccato correspondeat, & qualis satisfactio Sacramentalis correspondeat tantae poenae Purgatorii; ergo per satisfactionem a Confessario taxatam etiam prudenti iudicio juxta peccatorum gravitatem non tollitur omnis poena peccato debita, itaut poenitentia perfecta satisfactioe nihil in Purgatorio luendum remaneat. Tum quia ex contraria sententia sequeretur nullum ferè ex hac vita decedentem, paulò post confessionem poenitentiae peccata, luere poenas in Purgatorio, quòd à communi Ecclesiae sensu alienum est. Demum quia proprium est solum Sacramenti Baptismi cum culpa tollere omnem poenam; ergo per satisfactionem Sacramentalem etiam sufficere, & prudenter taxatam non semper omnis poena remittitur. Ex quo patet quid dicendum ad rationem in oppositum, quamvis enim censori debeatur satisfactio iusta, qua talis Confessarius prudenter videtur attenda peccatorum qualitate, & quantitate; hinc tamen non bene deducitur per talem satisfactionem tolli poenam in Purgatorio luendam, cum Confessarius ipse cognoscere nequeat, quantum poena in Purgatorio luenda peccatis debeatur, & qualis satisfactio Sacramentalis tantae poenae Purgatorii respondeat, & planè omnino improbabile videtur, quòd ait Faber loco cit. per qualemcumque poenitentiam solvi, & extingui totam Purgatorii poenam; nec credibile est per poenitentias, quae de facto solent injungi ad mitem totam remitti Purgatorii poenam, sed per majorem poenitentiam plus de poena remittitur, ut quae idè si Sacerdos minorem infra punctum debitum satisfactionem imponat, ut regulariter contingit, illa major pars poenae remanebit in Purgatorio luenda, nisi alia satisfactio huius voluntarii redimatur ex opere operantis ut bene dicitur Aversa quaest. 14. sect. 4.

268 Quarto ob eandem rationem dicendum est, eandem satisfactionem in Confessione impositam cum majore devotione, ac dispositione adimpleri, plus de poena remittere, sicut enim idem Sacramentum cum majore dispositione suscipiunt plus de gratia conferunt, ut expressè docet Trident. sess. 6. cap. 7. dum inquit loquens de adultorum justificatione per Sacramentum ad illos iustitiam recipere. *Secundum propriam mensuram dispositionis, & cooperationem, sive haec maioritas est ex opere operantis, sive etiam ex opere operato, ut de facto afferimus supra d. 3. art. 1. num. 25. ita, & haec pars Sacramenti plus de poena remittitur, quando fit cum maiori dispositione, unde etiam ob hanc utilitatem poenitentes studere debent, ut cum maiori devotione, & dispositione in huiusmodi satisfactionibus adimplant. Immo sicut ubi diximus facti probabile esse, melius dispositis tribui maiorem gratiam per Sacramenta, non modo ex opere operantis, sed etiam ex opere operato, quatenus actus illi, per quos homo ad suscipiendum aliquod Sacramentum disponitur, reddunt illum magis aptum ad effectum Sacramenti recipiendum, ut etiam in ipsis causis naturalibus experiri potest, quae licet ex virtute sua nativa, & propria causalitate physica agant, adhuc tamen iuxta maiorem, aut minorem subiecti dispositionem magis, aut minus operantur, ut patet de Sole aequaliter unde quoque lumen suum diffundente, quod tamen maxime inaequaliter in corporalibus inferioribus recipitur, aliter liquidem in diaphano, aliter in opaco, aliter in stellis, aliter in luto, & lapidibus impositis. Ita etiam in proposito de facto afferimus lib. 4. disp. 5. quaest. 21. cit. ar. 1. num. 576. Ubi proinde relictum Fabrum hoc ea ratione negentem, quod effectus ex opere operato proveniens ex Sacramento, vel aliquo eius parte uniformiter consequatur Sacramentum, cuiuscumque conferatur, & quomodocumque disponitur, quia non pendet ex opere operantis; & dicitur hoc immerito negari, quia id expressè docet Trident. loc. cit.*

269 Et cum dicitur habere ex sua institutione effectum gratiae definitum quolibet Sacramento, & a Deo determinatum, qui non dependet ex opere, vel dispositione suscipientis, sed ex opere operato, & virtute solius Sacramenti, & idè hunc effectum ex parte Sacramenti semper esse debere aequalem, hoc intelligendum est juxta doctrinam Scoti 4. d. 4. q. 7. S. sic ergo, scilicet, quod effectus gratiae per Sacramenta collatus aeternus dicitur determinatus, quatenus Deus disposuit gratiam regulariter conferre cum tali signo, ita quòd nulli minorum; & sicut

determinatio ista universalis quantum ad illum gradum est uniformis, ita, & effectus aequalis est vi Sacramenti in omni suscipiente obicem non poenente, adeò quòd nulli unquam conferatur minor ad positionem talis signi. Non tamen haec determinatio, ut diximus loc. cit. intelligi debet, quasi crescere non possit secundum mensuram effectus, prout Spiritus Sanctus dona paritur, ut loquitur Trident. loc. cit. neque id efficaciam, & certitudinem Sacramenti minuit, sed potius ampliat, licet enim Sacramentum talem effectum conferat ex opere operato, adhuc tamen ex divina institutione, sicut dispositionem aliquam in adultis requirit, ut ultra determinationem illam universalem pro omnibus pro maiori, & minori dispositione signorum inaequalem potest conferre gratiam, itaut talis inaequalitas non tantum ex opere operantis contingat, sed etiam satis probabiliter ex opere operato, atque idè minus recte negat Faber, tamquam omnino improbabile, gratiam ex opere etiam operato esse maiorem in uno, quam in alio secundum varias dispositiones suscipientis; & hinc peius deducit satisfactionem a Sacerdote impositam semper eundem habere effectum ex opere operato, quoad poenae temporalis remissionem, sive sit peccatis aequata, sive inaequata sive maioris sive minoris, sive cum maiori, sive cum minori dispositione sit adimplenda; nam improbabile profus est, ut diximus, totam purgatorii poenam temporalem post remissionem peccati remanentem solvi, & extingui per qualemcumque poenitentiam, quantumvis minimam, quantum est ex parte Sacramenti, & ex opere operato.

270 Quinto itaque ad assignandum quantum poenam satisfactio Sacramentalis in sui executione remittat, dicendum est, ut concludimus loc. cit. non quantumcumque poenitentiam in Confessione taxatam totam Purgatorii poenam remittere, quae peccatis debetur, ut Glossa inuenerit videtur in capitul. *Mensuram de poenit. dist. 1. non enim Deus decrevit per quacumque levi satisfactione Sacramentali remittere quacumque gravem poenam in Purgatorio luendam, sed certa quadam proportione servata pro majore, & pro minori minore. Itaque si mensura poenae a Deo taxata pro hoc, vel illo peccato in Purgatorio luenda in indivisibili consistit, & Sacerdos poenitentiam imponendo huiusmodi punctum non attingit tota poena per eam non remittitur, sed potest magis aut minus ad illud accedere, ut plus aut minus pro mensura ipsius satisfactionis accedat, & quia talis mensura omnino proportionata, & in indivisibili consistens nequit Confessario quantumvis prudenti innoscere, nisi ex speciali revelatione divina, idè pro poenitentiam ab ipso taxatam namquam tollitur omnis poena peccato debita, adeò ut poenitentia nihil amplius in Purgatorio luendum remaneat satisfactioe peccata, & in hoc sensu procedit secunda opinio. Si vero dicamus hanc rem non consistere in indivisibili, sed dari quamdam latitudinem justam, intra quam posse determinari mensuram poenitentiae pro statu cuiuscumque peccatoris poenitentis, & hoc medium intra talem latitudinem posse esse Confessario notum sine speciali revelatione; tunc dici posse talem satisfactionem a Sacerdote impositam clave non errantem, valere ad solvendam totam poenam temporalem peccato debitam, & in hoc sensu procedit prima opinio. Quae etiam sic explicata ad mentem Doctoris sustineri potest, ut diximus loco citato, cum ipse doceat 4. d. 19. quaest. 1. S. *Ad quaestionem moralem C. quòd iustitia punitiva, quae est commutativa poenae pro culpa, non respicit necessarium gradum indivisibilem poenae correspondentem huic culpa, sed ibi est aliqua latitudo, intra quam poena minor non sufficit, & ultra quam poena major non est imponenda, & extra totam latitudinem clavus ultra, vel citra ligas errat, & idè arbitrium ratificatur in tantum quòd quicquid imponitur intra illam latitudinem, hic oportet implere, & si hic non impletur residuum in Purgatorio exigetur. Et addit Doctor ibidem possibile esse, quòd medium intra hanc latitudinem sit Confessario notum per legem Dei cum adiutorio juris naturalis, atque idè obligationem ad hoc medium latum, & non in indivisibili consistens, esse ad aliq. possibile homini sine miraculo speciali, & sine causa, & fortuna. Ita Scotus l. c. quibus verbis dat modum, quo etiam probabiliter possit prima opinio defendi, ita ad verbum discurremus loc. cit.**

ARTICULUS SECUNDUS.

*De conditionibus ad satisfactionem Sacramentalem requisitis, ut rectè adimpleri possit.*

271 Conveniunt Doctores, ut diximus quaest. 21. cit. artic. 2. ut opus sit satisfactorium, debere esse aliquo modo liberum, & voluntarium, quia debet esse opus morale, quod sine libertate factum moralitatem participare nequit, cum libertas totius moralitatis fundamentum sit, ut dictum est *Misrii Theolog. Moral.*

lib. 2. disp. de actibus humanis, notanter autem dicimus opus satisfactorium debere esse aliquo modo liberum, & voluntarium per modum actus eliciti, sed sufficit etiam, quod sit liberum per modum actus imperati, & interdum quoque per modum objecti voliti, qua ratione Trid. sess. 14. c. 8. docet poenas a Deo nobis inflatas rationem satisfactionis habere voluntarie eas acceptando, ac patenter tolerando, unde per flagella a Deo inflata, & alia incommoda, quae necessario paritur, in tantum pro peccatis commissis satisfacere dicimus, quatenus patienter illa toleramus per actum positivum patientiae, vel alterius virtutis, cum satisfactionis virtus non tam in passione, & sufferentia mali, quam in libera, & voluntaria flagellorum illorum, & incommodorum acceptatione consistat. Conveniunt insuper, ut opus sit satisfactorium, debere esse honestum, & moraliter bonum, quia satisfactio Sacramentalis habet pro materia opus ex genere suo satisfactorium ex opere operantis, quod virtute clavium elevatur; cum quia si opus malum esse, potius poena dignum esset, quam venia, atque ille debet esse aliquid moraliter bonum; inter opera satisfactoria tria praesertim a Concilio Tridentino enumerantur sess. 6. cap. 14. jejuniium, scilicet, elemosyna, & oratio; & ad ieiunium quidem omnis afflictio, & castigatio corporis reduciunt voluntarie operata; ad elemosynam vero omnia misericordiae opera erga proximum exhibita ad miseriam, seu necessitatem eius corporalem, vel spirituales sublevandam, ad orationem tandem, omnes, & singuli Religionis actus interiores, aut exteriores in Deum cultum, & honorem eliciti. Sed quamvis Doctores passim in his duobus conveniant, alia tamen superflua difficultates circa conditiones ad Sacramentalem satisfactionem requisitas, in quibus discrepant, & de quibus hic breviter discurrendum est iuxta dicta loc. cit.

272 Primo est difficultas; an praeter opera supererogationis possint etiam pro poenitentia iungi opera alias debita, sive ex praeccepto naturali, sive ex positivo. Negant nonnulli, quia nemo per unam solutionem duobus debitis satisfacere potest, in satisfactione enim debet servari aequalitas, quae est actus iustitiae, unde aliqui dicunt Confessorem id facientem, & talia opera imponentem pro poenitentia peccare mortaliter in Confessione sibi facta de mortalibus, venialiter vero in Confessione sibi facta de venialibus. Asserunt communis opinio. Illi Suarez, Vasquez, Lugus, Coninchus, Hurtadus, Amicus, Aversa, Caspensis, & alii Recentiores passim, & ex nostris Ponticus Brancatus, Aretinus, & alii Scotistae, quod non obicitur deducitur ex Scoto 4. dist. 15. q. 1. artic. 2. principalis immò ex ipso Trident. l. c. quando dicit per patientem flagellorum tolerantiam posse hominem Deo satisficere, talis autem flagellorum tolerantia est alia praeccepta, ut constat ex pluribus Scripturae locis. Quod etiam suadet rationem, quoniam praecceptum rationem liberi, & voluntarii non tollit, nec rationem meriti, ac per consequens, nec rationem satisfactorii. Tum quia talia opera alia praeccepta sunt satisfactoria, & possunt elevari per claves ad effectum ex operato, immò aliquando expedit ea imponere, sive ut ipse diligentius, & cum maiori devotione impleatur, sive ut spirituali poenitentium imbecillitati, vel gravibus occupationibus consulatur. Tum tandem quia ad hanc finem, nimirum ad satisfaciendum pro peccatis commissis Ecclesia praecipit ieiunia, & alias corporis afflictiones, alioquin per elemosynam extremè indigenti exhibitam iustus pro suis peccatis non satisficeret, quia elemosyna in tali casu est naturali praeccepto debita, quod est absurdum. Nec ratio ad oppositum urget, quamvis enim ex natura rei nemo per unam solutionem duobus debitis satisfacere potest ex gratia, & benignitate creditori unam solutionem pro duobus debitis accipientis, & ita contingit in casu nostro, qua ratione Trident. l. c. inquit, hoc est maximum divini amoris argumentum, ut temporalibus flagellis a Deo inflatis, & patienter toleratis apud Deum Patrem per Jesum Christum satisfacere valeamus.

273 Potest igitur opus alias debita pro poenitentia imponi, & quidem saltem, quòd sitalis poenitentia omitteretur, duplex erit peccatum, non quidem quia duplex sit praecceptum materiale, cum idem opus praecipitur, sed quia traditur sub diversis motivis formalibus, posterior enim obligatio imponitur ex suo speciali motivo, scilicet, ad integritatem Sacramenti, & ad satisfaciendum pro peccatis, & ita in transgressione constituit suam speciem malitiam, unde duplex malitia in omissione confligit distinctè in proxima Confessione explicanda, & sic per ieiunium quadragesimale a Confessario impositum poenitens satisficit praeccepto Ecclesiae ratione obedientiae, & praeccepto Sacerdotis ratione iustitiae, nam ratione iustitiae pro poena peccato debita satisfacere tenetur; quòd si omitteretur, duplex malitia in tali omissione contingit quia ieiunium omittendo peccat contra obedientiam, & contra iustitiam; &

operari, cum enim non possit Confessarius pœnitentiam imponere, nisi ligando nec possit pœnitentiam ligare ad opus alterius operantis, ut quavis unus pro alio satisfacere possit ex opere operantis, neque tamen sacramentaliter, & ex opere operato, quod etiam ex nostris tenet Faber disp. 35. cap. 11. nu. 239. & Hiquens q. d. 14. q. 1. in Comment. dict. 160. Alias objectiones vide solutas loc. cit.

ARTICULUS QUARTUS.

Quis possit satisfactionem impositam tollere, vel mutare.

Pro qua sit intelligentia advertendum est, controversiam non esse, quando pœnitentia, vel satisfactio imposita facultatem excedit pœnitentis, sive quia errantem clavem sit imposita, sive quia postea nova causa supervenit ab executione pœnitentis sufficienter excusans, nam in tali casu, si imposita est evidens, pœnitens iure nature à pœnitentia imposita debilitatur, nec locum illius aliam assumere tenetur, si vero imposita est dubia, poterit à viro docto, & prudenti consilium sumere etiam extra confessionem narrati peccati, pro quibus imposita fuit, non tamen extra Confessionem possit aliam sacramentalem pœnitentiam accipere, ut enim licet sit sacramentalis, & pars integrans Sacramenti, mediante ipsa confessione sacramentali debet imangi; est itaque solum controversia, quando pœnitentia imposita tam peccatis, quam facultati pœnitentis est proportionata, ac proinde illam ad sui executionem obligat; pro cuius quæst. resolutione plures se offerunt difficultates examinandæ, quæ passim apud Recentiores disputantur pro recta huius quæstionis intelligentia, & decisione, & quamvis Scotus illas ex professo non tractet, adhuc tamen facile, & consequenter ad eius principia breviter resolvemus iuxta dicta disp. 1. c. q. 23. art. 1. ubi ex professo de hoc tractamus.

287. Primo itaque est difficultas, an pœnitens propria auctoritate possit sibi pœnitentiam commutare à Confessario impositam saltem in opus evidenter melius, disputatur autem de propria pœnitentis auctoritate, quia de auctoritate Confessarii loquendo nulli dubium est posse Confessarium facultatem pœnitenti conferre, ut ipse sibi pœnitentiam eligat peccatis proportionatam; quia pœnitentia ab ipso pœnitente hoc pacto electa eandem vim haberet, perinde ac si esset à Confessario imposita, nam mediare saltem ex virtute clavium proficere, quia eorum virtute in tali casu esset à pœnitente electa. Afirmant nonnulli posse ab eodem pœnitente propria auctoritate unum opus à Confessario in satisfactioem inunctam commutare in aliud opus evidenter melius, quod etiam probable censet Diana part. 2. tract. 15. resol. 54. quorum fundamentum est, quia quælibet largiorem solutionem, quam debeat ex lege, legem non destruit, sed largius implet, ita autem acciderit in proposito; ergo, &c.

Confirmatur, quia habens votum potest illud propria auctoritate in opus evidenter melius commutare; ergo & pœnitens satisfactioem. Tandem quia licet in tali casu mentem Confessarii interpretari, qui si rogatus fuisset à pœnitente parato ad aliud opus evidenter melius in satisfactioem, utique concessisset. Communis tamen opinio, ut diximus loco cit. docet id nec licite nec valide fieri posse. Ita Logus, Coninchius, Amicus, Averla, Capensis, Sanchez, Henrig, Turriamus, Biancatus ex nostris, & alii Recentiores communiter. Fundamentum est, quia non potest subditus quidquam in præcepta Superioris, sive dispensando, sive permutando, ut ad laudandam remissionem pœnæ per indulgentiam non licet substituire loco jejunii v. g. a Pontifice præscripti aliud opus melius, ut elemosinam centum aureorum; ergo neque ad obdipiendam remissionem pœnæ per satisfactioem sacramentalem, in qua præterea peritur præceptum, & obligatio, quod non contingit in confessione indulgentia. Confirmatur, quia non potest reus, qui est pœnitens, ferre suo modo sententiam, aut penam mutare sibi à Judice inflictam, qui est Confessarius, nec potest ille, qui suscepit Sacramentum, officium Ministri sibi usurpare conferendo Sacramentum. Denique pœnitentia nequit esse pars Sacramenti, nisi ex virtute clavium procedat, siquidem omnes, & singule huius Sacramenti partes ab ipsa Sacramenti potestate vim, & rationem Sacramenti sortiuntur, ergo pœnitentia, & satisfactio nequit esse pars Sacramenti, nisi à Confessario inuncta, in quo virtus clavium tantum residet, in proposito autem talis pœnitentia ex sola pœnitentis auctoritate commutatur, nec inmediate, nec mediate ex virtute clavium procederet.

290. Ad rationem in oppositum distinguendum est assumptum, si debitor supra id, quod est taxatum, seu determinatum a lege aliquid solvat, conceditur, si vero id, quod taxatum est a lege permutet, ut est in casu proposito, negatur. Ad confir-

mationem, negatur consequentia, & ratio disparitatis est, quia obligatio implendi rem voto promissam oritur ex voluntate roventis, qui proinde subrogando rem meliorem nullum jus legit obligatio autem implendi pœnitentiam oritur ex voluntate, & præcepto Confessarii, tanquam Superioris hanc rem in particulari determinantis, cuius proinde ius legitur, quare non est simile de voto, quod fuit propria voluntate emissum est, ita etiam melius commutari potest; non sic autem opus aliena auctoritate inunctum, qualis est satisfactio sacramentalis, quæ pendet à potestate clavium. Ad ultimum dicendum est, in eo casu inceptam esse interpretationem postquam Confessarius certo operi vim indidit sacramentalem, & vinculum obligationis, non enim potest pœnitens elevare Sacramentum altera opera sua, aut in se ipso actum iudiciale exercere. Et tandem ut diximus loc. cit. contra omnium Adversariorum argumenta est insinua validissima, si enim liceret permutare præceptum Confessarii, liceret etiam permutare præcepta Ecclesie, cum nulla possit assignari distantia; atq. ita pro reusio potestatis subrogatæ illicitum, pro Missa communionem &c. illud enim magis inaceret tamen, hæc vero in maiorem cultum Dei cadit, quod nemo dixerit.

291. Secundò est difficultas, an satisfactio ab uno Confessario imposita possit ab alio equali, hoc est simili auctoritate prædicto in aliam commutari, non solum meliorem, sed etiam equalem, vel insuper meliorem dispensando in parte super primam graviolem. Negant aliqui, etiam si secundum Confessarius de novo audiat, & absolutæ eadem peccata. Ratio est, quia par in parem imperium non habet, unde in foro exteriori nequit unus Index, nisi sit Superior, mutare sententiam alterius, & hoc per viam appellations, vel recurus, quæ locum non habent in hoc sacramentali iudicio. Confirmatur, quia ex hac commutatione irrogaretur injuria priori Confessario, cuius sententia à posteriori revocatur. Tandem quia remaneret mutilum, & imperfectum prius Sacramentum, siquidem illi deest pars integralis satisfactioem à priori Confessario inunctæ, cuius obligationem sustulit victoria. Pro hac opinione citantur Soto, Vasquez, Nugens, Victoria, Ledesma, Angles, & alii pauci. Opposita tamen sententia communior est, & probabilior, ut diximus loc. cit. quam docent Angelus, Navarrus, Sylvester, Suarez, Lugus, Pelancius, Amicus, Averla, Valencia, Henriquez, & ex nostris Faber, Biancatus, & alii Recentiores passim. Fundamentum est, quia pœnitens habet sui peccata uni confessari alteri iterum confitendi; ergo quilibet legimus Confessor, & præterit aequalis primo in auctoritate, potestatem habet ea iudicandi, & condigna pœnitentia puniendi; sive enim iterandi confessionem in pœnitente est correlativa, cui necesse est respondere in Confessario ius ferendi iudicium supra peccata iterum confessi; cum ergo non teneatur pœnitens, de restituendo peccatis duplicem subire pœnitentiam, bene poterit restituere prioris Iudicis pœnitentia, exequi pœnitentiam posterioris Confessoris, quia posterior Confessarius se habet, ut successor prioris in eodem Tribunali, ac proinde potest idem, quod prior; sed hic potest pœnitentiam commutare, ut omnes fateantur; ergo & ille; unde si pœnitens accedat ad secundum melius dispositum, aut aliæ coarctant circumstantiæ; poterit secundus Confessarius pœnitentiam prioris non tantum commutare in æqualem, sed etiam minuere.

292. Ad fundamentum prioris sententiæ, negandum est, ut diximus l. c. cum Confessarius posterior pœnitentiam prioris mutat, exercere in illum imperium; sed exercet in ipsum pœnitentem, tanquam in sibi subditum, qui cum voluntarie possit se uni, & alteri subicere in hoc foro, poterit à secundo novam obtinere sententiam, in qua remanet prior, quod non fit in hoc foro per modum appellations, & recurus, sed per modum repetitionis, & succellionis. Unde licet par in parem imperium non habet, tamen habere potest in eadem subditum, sicut etiam in foro exteriori successor in eodem officio potest mutare ea, quæ præcessor fecerat, non quia in illud habet imperium, sed quia potestatem habet in eadem materiam. Ad confirmationem negatur consequentia, nullam enim injuriam posterior Confessarius irrogat priori commutando pœnitentiam ab ipso datam, sed consilii conscientie pœnitentis, qui sui habet consulendi alterum Confessarium, nec revocat eius sententiam, quasi injuriam, sed novam profert ad instantiam rei, in cuius bonum iteratur sententia in eadem causa, non per modum appellations, recurus, ut dictum est, sed per modum novi iudicii æquivalentis prioris, seu per modum repetitionis, & succellionis, sicut in foro exteriori Judex in eodem iudicio potest mutare, quæ prædecessor fecerat contra ullam injuriam. Ad ultimum negatur consequentia, quia nihil deest in ratione iudicij quando ex commutatione, vel diminutione sententiæ sive ab eodem Judice, sive a successore facta non tollitur ejus executio; accidit in proposito; & quidem si argumentum valeret, leque-

retur, neque per Indulgentias tolli ullo modo obligationem pœnitentiæ in hoc Sacramento saltem in quantum vindicativæ, eò quod nempe remaneret incompletum, quod tamen communiter asseritur, ut infra dicemus.

293. Tertio est difficultas, an etiam Confessarius inferior, id est, qualem non habens auctoritatem possit hoc idem facere nempe pœnitentiam commutare à Superiore impositam, v. g. à Parocho, vel Episcopo, ut etiam Pontifice ipso, & difficultas non est de peccatis communibus, & liberis, id est, nemini reservatis, sed de pœnitentia imposita pro reservatis. Afirmant, Vasquez Henriquez, Navarr. Mollisius, Fernan. Bonac. & quidem alii, quorum fundamentum est, quia per absolutionem causam reservatorum à Superiore factam, & obtentam, jam illa peccata remanent non reservata, & consequenter non remanent reservata pœnitentia pro eis imposita. Opposita tamen sententia communior est, & probabilior, ut diximus loco cit. & quidem quod possit Confessarius inferior ex causa, & prævia Confessione commutare pœnitentiam à Superiore impositam pro peccatis communibus, & liberis, hoc est, non reservatis, nulli dubium est, quia ad solvendum, & ligandum pro communibus inferior Sacerdos est æqualis Superiori, habet enim ordinem, & eandem jurisdictionem quoad illa. Quod vero non possit commutare pœnitentiam pro reservatis à Superiore impositam, probatur, quia sicut non potest Confessarius inferior de illis peccatis, iudicare, quia jurisdictionem non habet, ita nec pœnitentiam mutare, siquidem circa priorem sententiam non habet potestatem, eum ad tribunal Superioris pertinet. Nam quia tunc inferior non se habet, nisi successor prioris in eodem Tribunali, ac proinde non potest reformare, seu moderare sententiam ab illo Judice Superiori pro peccatis Reservatis Superiorum prolatam, sicut nec inferior potest mutare præcepta Superioris. Tum tandem quia reservatio inducta est, ut Superior suo iudicio pœnitentiam, sive per modum vindictæ, sive per modum medicinalis imponat, ita ut licet aliquando inferiori facultatem concedat abolendi à peccato reservato, ipse tamen determinet, & taxet pœnitentiam inungendam, quod fane frustraneum esset, si inferior iterum audita pœnitentis Confessione possit abolere, & pœnitentiam mutare.

294. Ex qua doctrina fundamento prioris sententiæ facile occurrunt, cum enim reservatio peccatorum ad iudicium, quod reservans de illis ferre debet, ultimate ordinatur, utique hoc iudicium frustraretur, si mutari posset ab alio Sacerdote inferiori; unde licet pœnitens à peccatis reservatis fuerit iam à Superiore absolutus, & possit illa rursus inferiori Sacerdoti confiteri, & eorum absolutionem petere, non tamen poterit potest commutationem pœnitentiæ pro illis impositæ, quia in huiusmodi pœnitentiis tacitum involvitur præceptum, non possit ab aliis commutari, nisi urgente aliqua gravi necessitate, & ad Superiorem recurus non facile pateat. Patemur tamen adhuc loc. cit. primam sententiam sua probabilitate non carere, sicut enim potest reservata semel à Superiore absoluta, non potest iterum peccata amplius reservata, ita ut etiam ab inferiori possit de illis absolutio obtineri; si iterum est in Confessione aperiantur; ita etiam videtur dici posse de pœnitentia pro eis imposita, seu sicut pœnitentis sui habet iterum sua peccata reservata alteri confiteri, ita & aliam sententiam loco prioris petendi, & subeundi, quæ ratione Amicus disp. 16. sect. 4. & alii Recentiores priorem quoque sententiam censent probabilem.

295. Quarto est difficultas, an id id debeat secundum Confessarius audire peccata, pro quibus pœnitentia fuit à primo imposita. Negant Navarrus, Toletus, Henriquez, Victoria, Valencia, Sylvius, Diana, & alii quamplures asserentes posse etiam extra Confessionem, præterit si sit Superior, vel saltem in Confessione de aliis peccatis, etiam si non repantur priora peccata anteque confessi, pro quibus pœnitentia fuit imposita. Fundamentum est, quia secundum Confessarium eandem habet auctoritatem primus habet, & deus est Index, ac Superior in hoc foro, & pœnitens se ipsam illi subdit, totumque suum statum, hoc est, & conscientiam; ergo valide, & licite poterit tunc commutare, ac minui pœnitentiam ab alio Confessario impositam mutare in sua, & rationabili causa. Opposita sententia afirmant hoc fieri non posse à secundo Confessario, sive inferiori fuerit, sive Superiori, nisi audiendo, & absolvendo de novo eandem peccata antea confessi; ita Suarez, Vasq. Conine. Lugus, Pelancius, Amicus, Averla, & alii quamplures, & hæc diximus l. c. esse probabiliorē, & probatur ex ratione huius Sacramenti instituti per modum iudicii, non enim potest Judex iustificacionem exercere, nisi in suo foro, ac Tribunali, nec ferre sententiam, nisi cognita causa; ergo neque secundum Confessarium poterit exercere hunc actum mutandi pœnitentiam, nisi in actuali exercitio Sacramenti, quanto, scilicet, reus se accusat, ac deserit peccata sua, pro quibus pœnitentia à primo imposita fuit, quæ si

Confessarius ignorat, jam non habet causam perspectam. Confirmatur; quia ut iudicium sacramentale condignam peccatis pœnitentiam taxet, prærequirit, & postulat sacramentalem peccatorum cognitionem, quæ non nisi per sacramentalem confessionem haberi potest; cum ergo pœnitentia sacramentalis sit huius Sacramenti pars integralis, & cum nequeat esse pars huius Sacramenti, nisi sacramentali iudicio taxaretur, plane sequitur secundum Confessarium prioris pœnitentiam sacramentaliter mutare non posse, nisi auditis in Confessione peccatis, in quæ illa fuit. Tandem quia ejusdem potestatis est imponere, ac tollere pœnitentiam, sed non imponitur pœnitentia extra Sacramentum; ergo nec tolli potest per commutationem, nisi media confessione sacramentali, quoniam commutare in proposito est partim tollere, scilicet, primam pœnitentiam, & partim imponere, scilicet, secundam pœnitentiam.

296. Et quidem, ut ibi dicebamus, rationes istæ non solum convincunt secundum Confessario non licere pœnitentiam mutare à priori impositam sine auditione peccatorum, pro quibus imposita fuit, sed extra eorum confessionem, sed etiam probant non licere in ipsa confessione, quæ fit de aliis peccatis novis hæc enim nova confessio se habet merè per accidens ad vetera peccata jam confessi, sicut autem Confessarius audiens solum nova peccata non rite pœnitentiam imponeret pro veteribus, quæ non audit, ita nec rite sine eorum auditione pœnitentiam veterem permutaret, quemadmodum Judex non rite profert sententiam de una causa per cognitionem alterius. Neque etiam sufficit, ut quidam Adversarius dicunt, si pœnitens dicit se in præterita confessione habuisse hanc pœnitentiam pro peccatis tunc confessis; sic enim innosceret quidem pœnæ, sed non culpa, propter quam illa fuit imposita, quod esset mutare sententiam cognitam non cognita causa, ut bene dicitur Averla qu. 13. sect. 3. quapropter concludendum est non posse secundum Confessarium pœnitentiam mutare à primo impositam, nisi de novo audiendo, & absolvendo eandem peccata, pro quibus jam imposita fuit. Ex quibus patet, quid sit dicendum ad fundamentum sententiæ prioris, necessario enim hæc nova confessio de illdem peccatis requiritur, quia licet secundum Confessarius eandem cum priori auctoritatem habeat, hoc non sufficit, sed etiam habere debet ejusdem causæ cognitionem, & pœnitens debet illi suum statum, & conscientiam aperire, & præfacere, non quomodo cumque, sed etiam de illis peccatis prioribus, quorum sibi cupit pœnitentiam commutari. Et parum etiam refert, quod sit Superior respectu pœnitentis, ac etiam prioris Confessarii, ut quod sit Episcopus, vel Prælatum, neque enim ad hoc refert ejus Superioritas, & Prælatum, quia cum tota hac dignitate adhuc servare debet, quæ ad hoc Sacramentum essentialiter spectant, sicut alii, unde sicut absolvere non potest peccata, quæ non audit in hoc Sacramento, ita nec ea punire per modum sacramentalis pœnitentiæ.

297. Quintò est difficultas, an idem Confessarius possit pœnitentiam à se impositam commutare abique nova auditione, & absolutione. Afirmat communis opinio apud Averla loc. cit. ita tamen sicut non omnino fiat extra confessionem. Ratio est, quia talis commutatio esset tanquam actus, & complementum, seu modificatio ejusdem iudicii sacramentalis, sicut enim ab initio poterat imponi pœnitentia post absolutionem, ut omnes ferè cõcedunt; sic etiam potest iterum mutari, & modificari conscientie, aut instante eodem pœnitente, non tamen extra Sacramentum, hoc ipso, quod est actio sacramentalis. Ad hanc autem mutationem valide faciendam requiritur omnino ex parte Confessarii, ut diximus loc. cit. memoria saltem consueta peccatorum, ut Judex nempe procedat eam notitia causæ, ne sententia contineat errorem intolerabilem clave errantem, sive deinde tempus intercurrentis sit brevius, sive longius, sicut enim satisfactio etiam post longum tempus impleta integrat unum iudicium cum partibus præcedentibus, quod iudicium adhuc intelligitur suspensum, & incompletum, ita ut Judex in suo Tribunali adhuc aperto habet jus ad urgendam sententiam executionem; sic eandem satisfactioem poterit Confessarius ad instantiam pœnitentis mutare, qui quidem Confessarius intelligitur sibi virtualiter retinere huiusmodi facultatem moderandi, ac mutandi pœnitentiam, licet enim sententia semel legitime prolata, & acceptata videatur transire in rem iudicatam quasi per modum contractus, ita ut non possit mutare abique confessione iudicis, & subditis in proposito tamen supponitur addele consensus, imò instantis pœnitentis. Non est igitur cur huiusmodi tempus vel ad median horam cum Megala, vel ad diem cum Coninchio, vel ad triiduum cum Diana, vel ad hebdomadam restringamus cum Henriquez, sed cum Vasquez, & Lugo recte ad recordationem Confessarii extenditur. Imò addit Averla, si non recordetur Sacerdos, sufficere quod ei peccata in memoria revocet pœnitens abique accusatione, & absolutione, ac etiam illi

interire expiret facultas Confessarii, quam forte ad tempus habeat, quia adhuc durat quoad causam non solum captam, sed etiam indicatam ad effectum moderandi suam sententiam.

297 Sed insit Brancatus noster disp. 22. art. 10. n. 233. ut fieri possit licite, & valide mutatio satisfactionis multo tempore post confessionem primam non sufficere, quod Sacerdos recorderetur peccatorum penitentis, sed necessario iterandam esse confessionem peccatorum, ob que fuit imposita, quod probat, quia scilicet mutandi penitentiam iam impositam est actus Sacramentalis novus: ergo requirit alias Sacramenti partes, atque ideò confessionem novam, quia confessio jam præterita, nequit moraliter ejus comparari ceteri ob nimiam longitudinem temporis interjecti jam elapsi. At hoc diximus l. c. nimirum rigorem sapere, & sine sufficienti fundamento, verum quidem est Sacerdotem licite operari non posse, si proportionem satisfactionis ad peccata non servat, & in eo casu talem proportionem servari non posse, nisi peccata jam confessæ prae oculis habeat, hoc est sufficientem eorum memoriam (saltem consilium, & saltem est etiam post longum tempus hanc haberi non posse, nisi per iteratam penitentis confessionem, nam potest eam ex se habere Sa-

cerdos sine iterata confessione. Quod si ipse non recorderetur, sufficit etiam quod ei in memoriam reducantur ab ipso penitente abque nova accusatione, & absolutione. Et actus mutandi penitentiam in tali casu non est omnino novus, & a priori diversus, sed potius se habet, tamquam complementum, & modificatio ejusdem iudicii Sacramentalis, ut supra dictum est, & sufficienter censetur moraliter unitus cum præterita confessione, & absolutione, quia sicut executio penitentiae post quolibet tempus moraliter unitur cum toto Sacramento, estque pars integrante ejus, ita, & commutatio, eò quod usque ad executionem maneat adhuc velut apertum idem iudicium, & tribunal, & suspensum, atque incompletum iudicium, quo etiam pacto Iudex qui reum ad certam poenam condemnavit, potest, quousque ea completa non sit, illam rationabili de causa moderare, & temperare, ut Jurisconsulti communiter docent. Ad majorem confirmationem huius intelligentiam hic ulterius disputari solet, an possit injunctæ sibi penitentiae satisfacere per indulgentiam satisfactionem, adeo ut indulgentia suscepta cesset obligatio eam adimplendi, de qua difficultate egimus supra quæst. 23. cit. art. 2. & rursus agemus inferius tractando de Indulgentiis.

# DISPUTATIO XXII. DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

**N**ominæ extremæ Unctionis intelligitur in Ecclesia unctio Olei benedicti, quæ infirmo in extremis constituto adjunctis quibusdam precibus à Sacerdote confertur, & quia hoc Sacramentum est institutum ad delendas peccatorum reliquias, & Sacramenti Penitentiae complementum existimatum est à Patribus, ut loquitur Conc. Trident. sess. 14. idè connexio huius Sacramenti cum præcedenti Penitentia postulat; ut immediate post illud de hoc agamus. Et cum extrema Unctio hoc Sacramentum appelleretur, quia extrema loco suscipitur in fine vite, & post alia Sacramenta, ratio etiam petit, ut de hoc Sacramento ultimo loco agatur in tractatu de Sacramentis. In hac igitur ultima Disputatione de Sacramentis de hoc Sacramento agemus juxta doctrinam traditam, & ordinem servatum l. 4. sent. disp. 6. breviter repetendo ibi dicta ad moralitatem spectantia, ut hæcenus de aliis Sacramentis agendo fecimus; quia ut modo dicebamus, hæc est ultima unctio, quam homo viator recipit in extremis laborans, & ex hac vita migraturus ad aliam: primam enim unctioem recipit in Baptismo, secundam in Confirmatione, tertiam in collatione Ordinis Sacerdotalis, quartam, & ultimam in Sacramento extremæ Unctionis, ut optime cum pluribus aliis Bonac. discursit tract. de Sacramentis disp. 7. de Sacramento extremæ Unctionis qu. un. ab initio, plura autem repetemus de hoc Sacramento ex disput. cit. quam hæcenus de aliis Sacramentis fecerimus, quia omnia ferè ibi dicta ad moralitatem spectant.

## QUESTIO PRIMA.

De existentia, institutione, & definitione huius Sacramenti.

**A**B huius Disputationis initio de existentia, & institutione istius Sacramenti in primis discurrendum est, quia negarunt olim Valdeses, & Albigenes hoc esse verum, & proprium novæ legis Sacramentum, & nunc etiam negant Lutherani, & Calvinistæ, & licet Catholici omnes teneant extremam Unctionem esse verum, & proprium Sacramentum, sicut alia novæ legis Sacramenta, tamen quam fidei dogma, non deservit tamen, qui putant hoc Sacramentum non fuisse immediate à Christo Domino institutum, sed ab Apostolis, quoniam apud nullum Evangelistam institutio istius Sacramenti fit mentio, quare hæc duo puncta sunt breviter in hac prima quaestione resolvenda iuxta disp. 6. cit. q. 1.

## ARTICULUS PRIMUS.

An extrema Unctio sit verum Sacramentum novæ legis.

**P**rimò conveniunt Catholici omnes contra Hæreticos relatos extremam Unctionem esse verum, & proprium Sacramentum, tamquam dogma de fide, ex Scripturis, Conciliis, Patribus, & traditione, ac definitione Ecclesie expressè deductum, & quidem ex Scripturis licet aliqui hoc probant ex Evangelio Marci cap. 6. ubi de discipulis ad concionandum à Christo missis ait, quod *ungetis oleo multos ægros, & sanabuntur*, & dicunt, quod hæc unctio utebantur Apostoli ex præcepto Christi, non tantum ad salutem corporum, sed præcipue animarum. Communis tamen, & probabilior opinio negat ex hoc loco sufficienter hoc Sacramentum probari, negatque unctioem illam, quæ tunc ab Apostolis exercebatur, fuisse hoc Sacramentum, sed potius fuisse aut quendam præventionem, & adurbationem ejus, ut indicavit Conc. Trid. sess. 14. cap. 1. ubi de hoc Sacramento loquens ait: *Apud Marcum quidem insinuat, per Jacobum autem promulgatum, dicitur autem insinuari, quod non expresse proponitur, sed adumbratur, & obsecrare indicatur, hoc igitur Sacramentum apud Marcum fuit dumtaxat insinuatum, & adumbratum, sed figuratum eo modo, quo Sacramentum Baptismi dicitur insinuatum fuisse in Baptismo Joannis, quia nimirum hic fuit umbra, & figura illius. Quare melius, & firmitus probatur hæc veritas cum Scoto 4. dist. 23. quæ ex Epistola Jacob. c. 5. ubi inquit: *Infirmus quis ex vobis, inhuat Presbyteros Ecclesie, & ornet super eum, ungetque eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.* Et hoc solo testimonio ad hanc veritatem probandam non solum utuntur Scotistæ, & alii Auctores passim, sed etiam Concilium Florentinum, & Tridentin. & Summi Pontifices Innocentius Primus, & Tertius, ac plerique Patres infra citandi. Et quidem rationabiliter, quia hæc verba Apostoli continent omnia, quæ ad essentiam veri Sacramenti sunt necessaria, continent enim primò ritum externum sensibilis materia, & forma constantem, scilicet, unctioem olei, & verbo, seu oratione Sacerdotis, deinde designatur Minister, scilicet, Presbyter, & subiectum huius Sacramenti capax, scilicet, fidelis infirmus, & tandem per alleviationem infirmi, & peccatorum remissionem designatur effectus, & gratia Sacramentalis ex efficacia unctioem per oleum, & orationem fidei data, quæ omnia, & singularia in sequentibus explicabuntur; ergo efficax est hoc loco Sacramentum extremæ Unctionis probatur, nam ad essentiam veri Sacramenti requiritur, & sufficit simbolus externum*

stabile certa materia, & forma constants, & infallibilem promissionem habens gratia satisfaciens, quæ omnia continentur in præcatis Jacobi verbis signantibus ritum sensibilis sacrum habentem spiritalem vim ad salutem, & sanctificationem animæ remittendo peccata.

4 Neque rationabiliter Hæretici, ut diximus loc. cit. negant Epistolam illam esse Canonicam, nam pro tali definita fuit in Conciliis Provincialibus Laodicen. can. 59. Milevit. can. 7. Carth. 3. cui interfuit, & subscriptis. S. Augustinus can. 47. quæ Concilia confirmata sunt à sexta Synodo generali, & hoc idem pro fide definitum fuit in Conciliis Florentino, & Tridentino infra citandis, & est constants Patrum sententia, quos fuscè Bellarminus adducit lib. 1. de hoc Sacramento c. 3. & Hiquens 4. dist. 23. quæst. un. in *Compendario*, ac Henriquez lib. 3. c. 7. quæ pro comperto habentur, & supponimus illam Epistolam esse authenticam, & canonicam, & à D. Jacobo editam, sicut alias ab Apostolis verè scriptas. Sed adhuc insistant Hæretici, dæd quod est Canonica, ex ea non efficaciter deducitur unctioem illam esse Sacramentalem, quia in ea non habetur mentio de alia unctioem, quam de simili illi, quæ utebantur Apostoli Marci 6. quam jam concessimus non fuisse Sacramentalem. Verum negandum est assumptum, quod in Epistola Jacobi non sit sermo de Unctioem alterius rationis ab ea, quæ legitur Marci 6. cum expresse ibi dicat Apostolus Presbyteros Ecclesie ad hanc Unctioem vocandos esse, & eam à peccatis expiare, quod alteri illi unctioem non conveniebat, quæ ut supra dictum est, solum deserviebat principaliter, & immediate ad sanandos infirmos, & eos per hoc disponendos ad credendam Christi doctrinam, & eam amplectendam. Nos negamus tamen hanc Unctioem à Jacobo commendatam, & promulgatam aliquam habere proportionem cum ea Marci 6. quatenus, & ipsa aliquo modo inferius declarando ad curandum quoque infirmitatem corporalem ordinatur, sicut illa, quæ ratione dicitur à Concilio Tridentino per illam Marci insinuatam fuisse quatenus, scilicet, illa hanc ipsam adumbravit, & aliquando instituendam significavit, ut constat ex verbis ejusdem supra relatis.

5 Secundo probatur hæc veritas ex Conciliis, & Patribus, nam Concilium Gabillonense, quod temporibus Caroli Magni celebratum est sub Leone Tertio citat annum 813. c. 48. dædicit: *Infirmis sanandum Beati Jacobi documentum oleo, quod ab Episcopo benedicitur de verbo à Presbyteris ungi, & paulo post allegatis ejusdem S. Jacobi verbis subdit: Non esse parvipendendam huiusmodi medicinam, quæ animis, corporisque medetur languoribus.* Traditur hæc eadem veritas in Concil. Senonensi, c. de extrema Unctioem, & in alio Concil. Mogunt. cap. 34. & in Florent. in decretis Eugenii, & aliis à Brancato nostro relatis tom. 3. de Sacramentis disp. 11. art. 3. & tandem in Trident. sess. 14. cap. 1. de extrema Unctioem, ubi habetur: *Hoc Sacramentum à Christo Domino institutum esse, apud Marcum quidem insinuat, per Jacobum autem Epistolam, ac Dominus fratrum fidelibus commendatum, & promulgatum.* Probatur etiam ex Patribus, qui huic sanctæ Unctioem vim satisfaciendi, & peccata remittendi tribuunt, nam D. August. ser. 15. de tempore docet superveniente infirmitate ægrotum Christi Domini corpus accipere debere, & exinde proprium ejus corpus ungendum esse, ut impleatur in eo illud, quod dictum est in D. Jacobi Epistola *infirmus quis in vobis &c.* additque hoc modo corporis sanitatem, & peccatorum indulgentiam obtineri D. Bernardus in vita Malachie Episcopi circa finem referit illum in fine vite hoc Sacramentum postulasse. Joan. Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio inquit, Sacerdotes non modo, cum non regenerant, sed etiam cum infirmos oleo unguunt, indulgere peccata, quod ex relatis D. Jacobi verbis confirmat. Idem insinuare videtur Dionysius Areopagita c. de Ecclesiastica Jerarchia in fine, ubi loquitur de unctioem vivorum, quæ post communionem fiebat, & sanctificante hominem. Plura etiam in hujus veritatis confirmationem sumi possunt ex Cyrillo Hierosol. Cathec. 5. & Beda lib. 2. in Marcum c. 14. & Jacob. 3. Ex quibus constat vanam esse Hæreticorum calumniam, qui nobis obijciunt nullam apud Veteres reperiri huius Sacramenti mentionem.

6 Tertio probatur eadem veritas ex traditione, & definitione Ecclesie, & in primis extra celebre testimonium Innocentii Primi, qui floruit anno 1202. etenim in Epistola ad Decentium cap. 8. de hac unctioem Sacramentali locum adductum Jacobi cap. 6. & circa finem docet hoc Sacramentum in verbis Apostoli Jacobi contentum à Presbyteris ministrari debere ægrotantibus, & circa finemque, sed Christianis qui tantum huius Sacramenti sunt capaces. Eadem confirmat veritatem in e. Unico Cum venisset de Sacra Unctioem, ubi Unctioem visibilis, de qua Jacobus locutus est, dicit esse signum invisibilis unctioem interioris, atque ad hoc Sacramentum; & quod si agne sumatur vel agni, vel auge, quod designat, hoc est, vel primam

gratiam producit, si forte illam non invenit propter aliquod peccatum invincibiliter oblitum, vel auge, si eam invenit; & tandem probatur ex praxi Ecclesie Romanæ, quæ veram habet Sacramentorum doctrinam de Hæretici cap. *Ad abolendam*, & ex Concilio Constantiensi in Constit. Martini V. ergo ex principis fidei evidenter deducitur dari hoc Sacramentum in Ecclesia, in qua refert D. Hieronymus in cap. 14. *Olea* semper unctum esse, & morem fuisse in extremis vite, & mortis ægone certantes injungi oleo sancto ad superandas diaboli tentationes hoc autem de nulla alia unctioem potest intelligi, nisi de hac unctioem Sacramentali, quia nullus alius mos est in Ecclesia ungenti certantes in ægone mortis, nisi hoc Sacramentum, ut Faber noster advertit disp. un. de Sacramento extremæ unctioem q. un. cap. 2. circa finem.

7 Quarto tandem probatur ratio à Scoto loc. cit. indicata deducta ex congruentia, quæ Deum movere potuit, & de facto movit ad hoc beneficium nobis præstandum, non enim Deus providet minus fidelibus suis in majori necessitate, quam in minori; sed maxima necessitas est in exitu de statu vite ad statum termini, mortis enim articulus multis de causis est hominibus formidabilis; nimirum ob malæ vite conscientiam, ob divini iudicii timorem, & futuri status incertitudinem, & præsertim ob dæmonis tentationes, quæ eo tempore acris urgentes sicut ergo Deus providet de Sacramento auxiliante in principio vite, nimirum de Baptismo, in medio vite, scilicet de Penitentia, ergo multo magis in fine vite providit, & providere debuit de Sacramento opitulante, quo rectarentur, & in majorem spem erigerentur fideles in eo mortis periculo constituti. Hanc etiam congruentiam deducit Doctor loc. cit. ex remissione venialium quia congruum est recessurum ab hac vita finaliter à peccatis venialibus absolvi, ista enim non remissa essent impedimentum glorie consequende, siquidem ut supponitur ex communi Theologorum doctrina, nihil coinquinatum intrabit Regnum Cælorum, & idèd necesse est ante ejus ingressum omnem culpam quantumcumque levem dimitti, & purgari; contingere autem potest, inquit Doctor quod homo quantumcumque iustus, & in gratia existens aliqua talia peccata in exitu, & fine hujus vite habeat, quia homo frequentissime peccat, & quasi continue hujusmodi peccatis juxta illud Proverb. 14. *sepies in die cadit iustus*; ergo congruum fuit, ut Deus Sacramentum institueret, quo homo iustus finaliter hac vita recessurus abque impedimento recta via ad gloriam tenderet.

8 In oppositum obijciunt Hæretici, primo quia non pendet à fide Ministri, quod Sacramenta suos conferant effectus, nam etiam si hic sit infidelis, Sacramentum suum forsitur effectum, modo intentionem habeat faciendi, quod Christus fecit; ne autem hæc unctio suum conferat effectum ex sententia Jacobi loc. cit. sicut Ministri requirit, ut ex illis verbis colligitur: *Et oratio fidei salvabit infirmum*; ergo hæc unctio non est verum, & proprium Sacramentum. Deinde si hæc unctio esse hoc Sacramentum haberet effectum infallibilem, ut patet ex dictis de Sacramentis in genere, ac non habet, quia hoc Sacramentum ponitur causativum salutis, non tantum anime, sed etiam corporis; ac non semper hanc causat, ut in plerisque constat, qui hoc Sacramento suscepto non convalescunt, ergo non est Sacramentum verè, & proprie dictum, quia verum Sacramentum ex promissione Christi obicem non ponenti infallibiliter suum confert effectum. Nec dicere juvat salutem corporis esse tantum effectum secundarium huius Sacramenti, non vero primarium, nam Sacramenta suos etiam effectus secundarios infallibiliter conferunt, cum utramque effectum continent ex divina promissione, quæ defraudari non potest. Denique etiam ipsius anime salus, & peccatorum remissio in præfatis Apostoli verbis non est infallibiliter promissa, sed tantum per modum deprecationis, sicut promittitur corporis salutem, ut patet ex iplo contextu; ergo &c.

9 Respondetur ex jam dictis loc. cit. negando minorem, quia in præcatis Apostoli verbis non est sermo de fide Ministri, ita quod necessario requiritur fides in Ministro, & ab illa effectus Sacramenti pendat; sed ibi est sermo de fide Ecclesie, in cuius fide Sacramenta administrantur, unde per orationem fidei in præcatis verbis non debet intelligi fides Christi subiectiva, sed obiectiva, quia nimirum oratio adhibita à Ministro ad hoc Sacramentum conficiendum verbum Dei continet, & ministrum fidei, quod saltem obiective debet Minister in mente præhabere, dum infirmo hoc ministrat Sacramentum, quo sensu etiam dum habere debet in aliorum administratione. Ad Confirmationem dicendum, duplicem esse huius Sacramenti effectum, ut ex dicendis constat, unum principalem, & certum nimirum conferre gratiam, & dimittere peccata venialia finaliter, nisi infirmus obicem ponat; alterum verò secundarium, & minus principalem, & non ita certum, quia semper